

# Panor. super secunda Primi.

causae specificae, & ex hoc enim non debet dari participium causati iuris super ipsa causa fundati. Et per haec etiam habes, quod ubi datur eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio. Et ex hoc etiam not. quod licet lex expresse non disponat id, de quo queritur, tamen ex identitate rationis extendi potest, facit quod habetur in l. non possunt. ff. de legi. & ad hoc saepe alle. haec dec. Et not. etiam illud vulgatum, quod de similibus ad similia procedi potest, & quod similitudo idem debet esse iudicium, de quo etiam supra de consti. c. translato. no. quod illud, quod est simile alteri, non est idem cum illo proprie loquendo, de quo, supra de refer. c. capitulum. & l. q. Nerua. ff. de po. & ex hoc etiam no. illud vulgatum, quod nullum simile est idem. Not. de dictione, imo, quod ponitur correctiuus, vel declarativus sub specie materiae, de quo in prima constitutione. C. s. quibus. & l. Stichus, imo Paphilus, ff. de ma. testi. c. praedicator. 16. q. 1. No. quod tunc sunt consideratae & intelligenda secundum sensum, qui cadit in intellectum periti, & subtiliter intuitus. Et ex hoc etiam no. quod subtilitas pro inveniendone verum intellectum legis commendatur, facit infra de fer. c. capellanus, licet alias subtilitas priciofa reprobetur, vt in c. dilecti, infra de iu. de quo et ibi tangitur. In ver. Sed neque. Not. quod ecclesia potest dici viduata dupliciter. Vno modo simpliciter & omni respectu, & tunc nullum, supponitur vinculum inter eam & sponsum, seu prelatum. Secundo modo, dicitur quasi viduata quoad quid, inspecto aliquo extrinseco, cuius respectu sponsum est inhabilis, & sic in utroque modo ad exercitium matrimoniale, & hoc modo potest dici esse, esse viduata, quae habet electum confirmatum, nondum consecratum, quia inutilis est ad exercitium illorum, quae sunt ordinis, vt hic patet, supra de electioni. c. transmissam. No. quod paria videntur aliquid non esse, vel esse & inutiliter esse. ad hoc saepe allegatur haec dec. facit quod habetur in l. quotes, ff. qui fati. cog. & in l. i. s. quibus, ff. quod cuiusque vni. No. quod in interpretatione verborum iuris debet attendi communis usus loquendi. Nam debet intelligi prolata non simpliciter, prout sonant, sed secundum communem usum loquendi. facit quod habetur, infra de spon. ca. ex literis, & l. libero. s. quod tamen Cassius, ff. de leg. 3. & l. cum delanionis, s. afinam, ff. de fun. instr. No. quod licitum videtur esse allegare, prouerbia. facit quod habetur in c. & si Iudex, infra de iud. No. quod permissum sub ratione poenae, non intelligitur permissum sub ratione gratiae. Et etiam not. quod permissio actus non extenditur ad casum oppositum. facit quod habetur in l. legata inutiliter, ff. de leg. i. ubi inducta ad vnum effectum,

## ADDITIONES.

a De similibus. Amplia, quod arg. de similibus ad similia non solum habet locum in civilibus vt hic, & canonialo de consti. & in ceteris, in si. de referi. & c. iudum, l. 2. de elec. sed habet locum etiam in criminalibus, maleficiis, & eorum poenis, vt voluit Bald. in l. si quis non dicat rapere, circa prin. Cade epi. & cle. & not. in l. si quis id quod, ff. de i. om. iu. & Inno. in c. qualiter, & quando, l. 2. de accu. & c. j. s. portio, & seq. quae sunt prima causa beneficij, que in Bal. ibi ad hoc, propositum dixit esse text. melioris de iure, & sequitur Fel. in d. cap. translato, in h. 7. col. & vide quae habentur in l. si qui seruo, C. de fun. & glo. Doct. in Si item milita. In fine ad h. limita tamen hoc dictum, & argu. quod nunquam procedit, quando induceret extensionem contra ius naturale, vt dixit Alejan. addi. ad Barto. in l. iura. ff. de le. p. cum ibi allega. Quid sit similitudo, vide in d. c. translato. & quomodo sit, vide Bal. in l. data opera, in 4. colum. C. q. acc. non poss. Et quod dicitur, quod vbi est eadem ratio, eadem est iuris dispositio, ut hic, & in l. Tito, de verb. obli. ff. non dicitur similitudo, sed eadem lex, secundum Bald. in d. l. data opera. licet contrarium voluit in d. l. si quis non dicat rapere, & l. illud, C. de fac. san. ecc. & non requiritur, quod per omnia similia, cum aequo paramus, vt in l. inter stipulantes, s. facram, ff. de verb. obli. & l. in. C. de collat. in contrarium tamen facit c. sicut urget, 2. q. 1. Adde, quod valet argu. a simili etiam remoto, vt dicit Abb. in procc. decre. in 9. col. Calistus Amadeus.

Fr. In hac materia de argu. a simili, dicas, quod illud est valde debile argumentum, quia facilius potest dari dissimilitudo, quo casu cessat, & corrumpit, & ideo dicitur debile, ut no. Arch. in c. relatum, 37. dist. & no. Guil. de Cu. in l. de quibus, ff. de legi. & no. Doc. in c. si de consue. & bene facit text. in s. si vero nullus in Auth. de simi. & vide Io. And. in c. nullus, de tempo. ord. lib. 6. & in ca. inter ceteras, de referi. & vide Barto. in l. quod Nerua, ff. de po. & do. Anto. de Bur. in cauz. de spon. ubi late loquitur de ar. matrimonio carnali ad matrimonium spirituale, & e contra, de quo in c. inter corporalia, de transla. praela. to & ibi dicit, quod multa sunt differentiae inter vnum & alterum, & glo. in c. i. praela. etiam habetur in l. non tantum, ff. de iudi. & habetur per tex. & glo. in c. i. praela. quod dam. de fla. reg. & per Bal. plene in l. conuentula, C. de epi. & cler. & quomodo quid dicatur esse simile alteri, vide glo. in c. capitulum, de referi. glo. 1. & per glo. in c. non potest, de preben. lib. 6. quae ponit, an illa dicantur similia, inter quo in aliquo est dissimilitudo, & vide B. Tho. in l. parte sum. m. q. 4. art. 3. & in summa contra gentiles lib. 2. q. 29. vbi ponit de similitudine creaturae ad Deum, & eundem in 4. dist. 44. art. 5. vbi ponit de similitudine corporum & spirituum. & quando vnus dicit aliquid esse simile, & alius dicit simile, cui inueniatur omnis probandi, habetur in ca. cum inter, de exce. & per Arch. 10. q. 2. in c. si quis, & per Spec. in ut. de disp. & alle. s. post hoc, &

an in maleficiis, & poenis licitum sit procedere, de similibus ad similia, vide Bald. in l. i. quis non dicat rapere, C. de epi. & cler. ubi dicit, quod ad hoc vt in poenis & maleficiis possit procedi de similibus ad similia, est considerandum, quod illa tantum dicitur similia, in quibus reperitur per omnia eadem ratio, & quomodo intelligatur statutum disponens, quod procedatur de similibus ad similia, vide eundem Bald. in l. 2. C. de legib. & eundem in l. 1. C. quae sit lon. consue. vbi dicit, quod ista dicuntur similia, quorum qualitas est vna. Ant. Fran.

b Proprie loquendo iste tex. In ut. idem penitus, porius probat, quod simile est idem, pro quo facit, quod illud dicitur idem, vbi est eadem ratio, vt dicit Bal. in l. data opera, colum. 7. C. qui accu non poss. simile etiam, vbi est eadem ratio secundum Bald. in l. curatoris, C. de neg. gest. & in l. illud, col. 2. de tac. tan. eccl. Alex. in l. Gallus, s. & quid si tantum, de lib. & polthu. & quod est contra communem doctrinam. Hanc difficultatem moui ego solus in reper. l. quod Nerua, in notab. si depositi, & resoluti, quod aut diuersi tenentur considerantur quo ad formam, & effectum absolute, & tunc si est eadem ratio, sunt similes, & non in idem, quia illud dicitur proprie idem, quod est per omnia idem, vt not. in l. qui liberis, in prin. ff. de vulg. & pup. Aut considerantur, quo ad effectum tantum, quod tunc si est eadem ratio, possunt dici idem hoc probat mihi text. hic, idem penitus, & ibi similitudinem, vel identitatem, qualiter sentiat, quod quo ad formam nullum si male sit ideae, sed quo ad effectum sic, ubi latins hoc probauit. Sep. Sap.

c Nullum simile. Adde, rex. & ibi Panor. in c. innotuit, supra de ele. vbi etiam dicitur de dictione, imo, correctoria. & no. quod aliud est similitudo, aliud comparatio. Nam similitudo est vnus ad vnum, vel ad plura proportio est comparatio plurimum ad plura, vt dicit Archid. in c. doninus, 93. dist. Calistus Amadeus.

d De dictione, imo. Adde quod not. in Apost. ad illum in c. innotuit, nume. 5. in apo. in ver. imo, supra de electio. ubi plene posuit, quando sit correctoria, & quando electoria. Zach.

e Paria videntur. Fortassis per glo. in l. fin. C. ad l. Flau. de pla. ubi dicitur & notatur, quod paria sunt non habere filium, vel habere inuicem, & paria sunt uxori non habere maritum, vel habere inuicem, ut refert lat. in l. quotes, in qui fati. cog. vbi multa similia quoad hoc propositum, & tangit Alexand. in l. s. si in d. u. ff. ad municipia. Et adde tu ultra relata per Ial. ubi supra, quod paria sunt vel similia, non esse, vel esse, & non apparere, ut est text. in l. an lege ff. de contrahen. emptio. & l. duo sunt Titij, ff. de testam. in l. item paritatur nihil habere, vel non habere, quod sufficiat, ut inquit Archid. in c. p. r. f. c. s. 5. dist. pro illum text. facit materia elegantius, s. qui reprobos, ff. de pigno. actio. & quae infra dicuntur, super glo. Calistus Amadeus.

f Ex literis. Adde Barto. in l. Labeo, ff. de sup. lega. ubi latius, & Romanus in con. fl. 23. incip. Nescio quid dubitationis, & Paul. de Caltr. in con. 45. incip. Viso puncto, in 3. colum. & vide Fel. in procc. decre. ubi per 6. col. & multa auctore dicta pro eiu. loquendi. in eumulum re. Aringit. Calistus Amadeus.

g Legata inutiliter. Vbi not. quod inducta ad diminutionem, non debent operari augmentum, idem not. in l. cum tale, s. ff. de cond. & demonst. Sed contrarium, in l. denique, s. interdictum, ff. de pen. leg. solue per Barto. in d. s. interdictum, quod dispositio non poterat, alias habere locum, & Ioan. de Imolin. l. quod dicitur, de verb. obli. in 9. col. ex quo no. limitationem ad hoc dictum & regulam, de qua hic, quod non procedit, quando dispositio non potest alias fortiri effectum, & ad regulam praedictam faciunt, l. quod fauore, C. de legi. & l. nulla, eod. tit. ff. & c. quod ob gratiam, de regu. iur. in 6. & quae ibi habentur, & vide Do. Iafin. l. fin. in fin. ff. quod quique iuris. Erubescimus enim iuxta lillam, C. de collat. legem istam male allegari, quasi per omnes ad hoc propositum, cum non probet id, quod allegatur, secundum D. Iafin. in d. l. Iam, ex ratione, de qua ibi per eum. Sed melius facit s. consideremus, in Auth. de trien. & semis, c. i. de sent. excomm. in 6. in fin. prin. respon. & c. penne seuac. & c. euangelica 55. dist. in c. coram episcopi. 68. dist. in c. quod si dormierit, 1. q. 3. & per Bal. in tremendo consilio suo schismaticis, quod est incorporatum in prin. tit. C. si quis al. te. prohibiti in sua lect. An autem liceat allegare glo. vel auctoritates doct. quando habemus legem, dic quod non, secundum Iaf. allegantem Archid. in ca. nolite, 1. 1. q. 3. & male nam ibi nihil dicit. Sed bene aliquantulum tangit subtiliter, aduertenti in c. nolite errare, 1. dist. in c. & clarus glo. contra seipsum in l. sed licet, ff. de off. praed. Et an liceat allegare & decidere ex naturali ratione, deficiente lege, et an debeat allegare solum unam legem, de pluribus facientibus ad propositum, & an credatur glo. simpliciter, quando non reperitur lex, vide latissime per praedictum D. Iafin. praedicta lillam. & adde glo. in c. tales, 2. 3. dist. in c. cum sit de ver. & quali. Sed ultra per ipsum ibi relata, quid de Doctonibus, an credatur, l. Doctores tui etiam excellenti attestanti de consuetudine, & probet consuetudinem, unde plenissime per eundem D. Iaf. qui tandem concludit, quod non cum consuetudo sit facti, in l. de quibus, in penul. col. ff. de legi. & idem est in his, quae sunt iuris, si non probet dictum suum per authenticam scripturam, ne habetur in d. lillam, & maxime procederet conclusio praedicta in causa, in qua aduocaret, nam tunc sunt aduocati cari secundum philoso. & relicto sole confessione quem habere debent, ut dicit Bal. in l. hac leg. C. de sent. exper. re. c. 1. de sent. & re. in lib. 6. solent dicere clientulis suis, si hoc confitemini, perderis causam, & non dicunt si negabis, perderis animam, ut dicit gl. magna circa fin. in c. de confes. l. 6. Et ideo glo. not. licet parua, in l. fin. circa prin. in verbo, moriantur. C. man. dicit, q. illi, qui circa lites morantur, omnia mala nouerunt, in Auth. de exi. & intro. circa prin. pro quo etiam facit, illud factum dictum domini Mathefi. in singu. 96. ibi referentis, quod cum esset quibus inter quosdam, an finis ueniret appellatione behare propter l. j. s. bestias, ff. de postu. Quidam iudex dicitur Matorus, qui inter scholares solet de sideri, credidit cuidam famoso aduocato dicenti, & attestanti finem pro bestia non haberi, & ad hoc pro victoria sua alleganti rubricam, quae non reperitur in rerum natura, s. C. de finis pro bestijs non appellandis, dic tamen la. tius, ut ibi hoc praesumptio uolui referre ad propositum, tamen non pratermitti illud fin. dist. de quo Panor. in c. 1. de postu. praela. & d. Iafin. l. genera liter, ff. de in ius uoc. in h. q. si discipulus probabiliter secutus opi. magistri iut in decisione alicuius caute crederet, si male sententiaret, quod deberet absolui a syndicato, & ab expensis, quod non. An autem sit credendum Cardin. & summo Pontifici etiam de illis, quae uidentur Papatum, et non sit materia nostra, sufficiat ubi recurere ad ea, quae habentur in c. cum a nobis, 7. de test. & c. sicut de len. ex. c. quod dicit Lud. Ro. in fin. 1. 26. q. interrogatus de hoc a Papa Eugenio, id ipse esset auctor Papae post multa haeritationem reperit duas glo.